



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Ioviani Pontani. De Aspiratione Libri duo. Charon
Dialogus. Antonivs Dialogus. Activs Dialogus. Aegidivs
Dialogus. Asinvs Dialogus. De Sermone Libri Sex. Belli,
Qvod Ferdinandvs Senior ...**

Pontano, Giovanni Giovano

Venetiis, 1519

Maximam esse uim, atq[ue] auctoritatem orationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12960

aliquam. Vt quemadmodum in agendis rebus, sic in explicandis quæ animo, menteq; concepta sunt, sententijs item dicendis, atq; in habenda oratione, siue ad multos, siue apud paucos modus, mensurâq; seruanda sit, ac mediocritas illa quæ uirtutes constituit, estq; in omni uitæ genere merito laudanda. Etenim grauius alij quæ sentiunt explicât, ac compositæ. inepte alij, ac ieiune. hiq; ut inepti, leuesq; improbat, illi contra commendantur, ut graues, atq; compositi. Ergo et in oratione quoq; uirtus sibi locum comparauit, illumq; ipsum cum dignitate et laude.

Maximam esse uim, atq; auctoritatem orationis.

Nec uero populosissimis in ciuitatibus, amplissimâq; in administrationibus non maximum sibi perperisse locum, summamq; auctoritatem eos constat, qui inter cæteros essent elocutione præcipue clari, inde ea qui pollerent. Oratores dicti. Sed nos hac in parte, de ea quæ Oratoria siue uis, facultasq; siue ars dicitur, nihil omnino loquimur, uerum de oratione tantum ipsa communi, quâq; homines ad eundis amicis, communicandis negotijs, in quotidianis præcipue utuntur sermonibus, in conuentibus, confessionibus, congressionibus, familiaribusq; ac ciuilibus consuetudinibus. Quæ è re alia quadam hi ratione commendantur, quàm q; Oratores dicuntur, atq; eloquentes.

Maximam esse in hominibus orationis uarietatem, ac diuersitatem.

Nec uero natura in hoc quoq; à seipsa discessit, aut ab ea quæ sua ipsius propria est, uarietate, ac dissimilitudine. Cum aliorum sermones seueri sint, ac subriles, aliorum iucundi, et lepidi, huius blada sit elocutio, atq; ornata, illius inculta, et aspera, atq; alius in loquendo præferat urbis mores, alius uero ruris. Est, uideri qui uelit facetus, et comis, contra qui austerus, et rigidus, q; maxime uerus, oiq; à simulatione alienus, secus autem, cui dissimulatio placeat, aut ea quæ Græce est ἐπιεικής. Itaq; loquendi genus tum cuiusq; naturâ, tum et mores sequi potissimum uidetur. Quidèq; populi, gētesq; siue natura ab ipsa, siue ab institutione et usu, q; alia alibi magis probatur, suntq; in pretio maiori, alia taciturniores sūt, contra loquaciores alia. Magniloquentia delectat Hispanos, fucatus ac cōpositus sermo Græcos. Romanorum grauis fuit oratio, Lacedæmoniorum breuis, et horrida. Atheniensiū multa et studio sa. at Carthaginesiū, Afrorumq; callida, et uasra, de natura illorum sic dicta. Quo fit, ut genus colloquendi alibi aliud magis probetur, aut minus. Cū igitur de Fortitudine disseruerimus, deq; uirtutibus ijs quæ in pecunia uersantur, quæ quidem plures sunt ac diuersæ, itemq; de